

1142 L. Fabio M. f. Gal. Ciloni | Septimino¹ cos.², praef. urb., | leg. Augg. pro pr. Pannon. | super.³, duci vexill., leg. pro | pr. provinciar. Moesiae super. | Ponti et Bithyniae, | comiti Augg., leg. Augg. pro | pr. prov. Galatiae, praef. | aer. militaris, pro|cos. itemq. leg. prov. Narbonens., | leg. leg. XVI Fl. f. Samosate, | sodal. Hadrianal., | pr. urb., trib. pleb., q. prov. | Cretae, trib. leg. XI Cl., Xvir. stlitib. iudicandis, | Mediolanenses | patrono.

Rome, bases duae nescio quo loco repertae (VI 1408. 1409 descr. de Rossi). — 1) *Fabius Cilo vir primarius aetatis Severiana. Ei praeterea dedicati sunt tituli urbani VI 1440 et C. I. Gr. 5896.* — 2) *Consul suffectus fuit a. 193 (cf. vit. Comm. 20). Post hos titulos positos factus est iterum consul ordinarius a. 204.* — 3) *Severum comitatus est statim post legationem Galatiae ut ex N. 1142 intellegitur (apparet in N. 1141 comitis honorem, ut consulatum et sacerdotium, ex reliquorum honorum ordine exemptum perscriptum esse loco non suo).* — 4) *Curatori Miniciae (de curatoribus Miniciae, praefectis Miniciae, curatoribus aquarum et Miniciae cf. Hirschfeld Philol. 1869 p. 66).* — 5) *Memoratur in miliariis Pannonicis III 4617. 4622. 4638. 4640. 4642. Fuit legatus Pannoniae ab anno certe 198 ad a. 201.* — 6) *Hoc munere functus est, teste N. 1142, post legationes Bithynicam et Moesicam, ante Pannonicam; apparet in N. 1141 legationes a Cilone sub Severo administratas iunctas esse.* — 7) *Narrant autores Nigrum occupato Byzantio Perinthum quoque voluisse occupare, sed plurimis de exercitu Severiano imperfectis re infecta abiisse (vit. Sev. 8; Dio 74, 6).* His copiis Severi videtur Cilo praefuisse; quamquam mire dicuntur vexillationes Perinthi pergentes.

1143 P. Porcio Optat[o] | Flammae c. p.¹, fil. | [P.] Porci Optati Flamma[e] | c. v. praetoris, inter tribuni[cios] | adlecti, quaestoris pro-[vin]ciae Baeticae, sacerdot[io] | Flaviali Titiali iudicio dom[in]i | n. sanctissimi et fortissi[mi] | imp. Caes. L. Septimi Sever[i Per]tinacis Aug. Pii exor[nati], | legati ab amplissimo s[enatu] | ad eundem dominum | [i]mp. in Germaniam et [ad] | Antoninum Caes. | [im]p. destinatum² in Pannoni[am] | missi, ob debitam pietat[em] | memoriae eius | C. Volumnius Marcellus Ca[eci]llianus eq. publ. exornat[us] | posuit.

Constantinae rep. (VIII 7002 vidit Wilmanns). — 1) *Clarissimo puero.* — 2) *A. 197 (cf. supra N. 446).* Apparet ex hoc titulo Caracallam, qui a. 196 Viminacii ad Danuvium Caesar dictus est (vita Sev. 10), dum pater contra Albinum pugnaret, in Pannonia substitisse.

1144	[d.]	m.
	[Statilio] . . .	Barbaro cos.,
.....	[leg.]	Augg. Germ. super.,
.....	[l]eg.	Augg. prov. Thrac. ¹ ,
[donato donis mil. b]ello Parth. Mesop. ² ,		
[praet.; q.]		prov. Afric., tr. latic.
[leg. . . . , Xvir. stlit].t. iudic., sevir. eq. Rom.		
	[be]nemerenti	
	arciana c. f.